



OBSERVATIONUM MEDICINALIUM
LIBER SECUNDUS.
DE AFFECTIBUS REGIONIS
SUPERIORIS CAPITIS.
DE DOLORE.

OBSERVAT. I.

*De immanni hemicraniæ ex causâ frigidâ, per
consensum Uteri.*



Um Illust. ac Generosa
Dn. Juditha, Baronissa
de Melz/Natura me-
lancholicæ, intenso fri-
gore hyemali, adeò sævo ac immanni
capitis dolore correpta, ut summo
diluculo accersitus, dum adhuc ab
ædibus remotior, in ipsa platea eju-
lantem audierim, in conspectum &
conversationem admissus, varias per
contari circumstantias cœpi, quarum
medio eò commodius in cognitio-
nem caufarum pteryenire licet,
exin deprehendo, tam atrocem cru-
ciatum à causâ frigidâ concitatum.
Erat autem Hemicrania tempora si-
nistra occupans, & non tantum pe-
ricranium infestans, sed & interio-
rem cerebri substantiam contrahi-
fentiens, & actuale frigus per os &

nares expirare percipiens, aura igi-
tur frigida haud carens malignitate,
tam diri symptomatis causa effe-
ctrix censenda, ab utero impuro sur-
sum levata. Cum ingens querela de
immenso dolore capitis, is in primis
erat placandus, sed hic labor, hoc
opus, qualia præsidia adhibenda,
dolore illo etiam discrucianti animum
meum, sed Deo Opt. Max. sit
laus, qui sospitor utriusque fuit, &
salutaria mihi inspiravit remedia,
cum præsentaneo effectu.

Primo: Rx. Aq. Theriac. ceph. ʒ2.
Hirund. cum cast. ʒj. sp. lil. conval.
ʒ8.M. Linteola imbuta & expressa
apl. parti dolenti, ubi refrix. reno-
vandum.

Cum suspicio ex matrice venena-
tam auram ad cerebrum delatum.

Rx. Aq.

L I B . II . O B S E R V A T . I . & II .

8t

¶. Aq. Hyster. feud. Meliss.com-
pol. 3ij. cum 2. cochl. assumptislet,
ilicò relevamen percepit, atque con-
jecturam haud yanam, ipsa praxis
confitmayit, sponio dolore.

Exterius inung Bals. major. &c na-
tes. Lateri dolenti apl. gumm. Ta-
cam. difl. & corio. rub. inductum,
benè contulit.

Vesperi clystina iniectum :

¶. Herb. malv. mer. beton. me-
lis. a.m. 3. fl. chamo. p. 3. mel. anet.
a.p.j. sem. anis. fænic. carvi. a. 3ij. dec.
ad med. col. 2. 3x. dif. El. diacath. 3j.
Hier. simpl. Gal. 3ij. 3. ol. chamo.

32. amyg. d. 3j. mell. anthol. 3x. vit.
j.o. fal. parum f. cl.

Sequenti matutina :

¶. Mann. El. 3j. dif. in aq. bor. col.
ad lyr. d. Rhab. August. d. Mann. lax.

a. 3j. M. sedes o. habuit.

Infra umbilicum apl.

¶. Galb. El. Gumm. Tacam. a. 3vi.
M. extend. alutæ palmæ manus la-
titud. forma rotunda.

Pro cerebro corroborando :

¶. Fl. anth. major. beton. salv. a.
3. 3. caryo. 3. Nuc. mus. 3j. lig. al.
3j. cum modico gossipio interpass.
& sind. rub. f. Cuc.

O B S E R V A T . II .

*Dolor capitū per consensum uteri, tinnitus aurium,
in gravida.*

Generosa Dn. Baronissa in **Eich-
stätten** / tūm gravida , dolore
capitis cum dolore aurium è Marti-
ce expirantibus halitibus molestata,
cautē erat agendum , cum aliās faci-
lē offendatur , incidens in sympto-
mata hysterica.

Pro dol. cap.

¶. Ol. Nuc. mus. expref. 3j. Bals.
major. 3j. ol. succ. gut. 4. caryo. gut. 2.
M. pro vertice inung.

Pro tinnitu :

¶. Ol. amyg. am. 3ij. ol. balan. 3j.

ol. carvi. petrol. a. 3. M. parum cum
gossip. immitt.

Ad corroborandas partes prin-
cipales.

¶. Amyg. d. exc. 3vi. pin. 3. cin-
nam. el 3. macis. 3j. cort. citr. cond.
3. ol. cinnam. gut. 4. sac. in aq. bor.
dif. 3. f. Mors.

Trag. à pastu :

¶. Sem. cor. præp. 3. sem. anis.
3ij. cinnam. 3. coral. rub. præp. 3. 3.
marg. præp. 3j. lac. fini. 3. f. Tr.

Omnia sibi profuisse , aliis refe-
rens prædicabat.

L

O B S E R -

OBSERVAT. III.

Dolor capitinis filiola Septimestris.

Filiola septimestris Baronum de Welsz / in cunis jacens oculis clausis, facie pallidâ, ut conjectura, eam dolore capitinis infestari, & Dn. Parentes anxi ac solliciti, ne oboriatur apostema in cerebro, cum antehac aliquot infantuli illo patente è vitâ sublati, idem de illâ suspicentes & præcautionem expentes. In casu alicuius, subitaneum erat capiendum consilium. Ilicet

Ung. alab. linteo dupl. oblitum fronti & tempor. apl. iussi, vesperi exh. zij. Mann. el. in primo cochl. pultis.

Per os ingestum per intervalla 1. 2. cochl. de ista aq. capitali & cor diali.

R. Aq. bor. bugl. ceras. an. 3j. lil. convall. 3β. man. Chr. perl. 3ij. M.

Cum primâ vice oblata, vomitu rejecit materiam pituitosam. Sequenti matutinâ mihi relatum, ab unguenti apl. confestim dolorem mitigatum, circa meridiem 2. secessus habuit materiae viscidæ, circa vesperam, totaliter ad se rediit, ridere, & cibum capere cœpit. Id mihi commendationi fuit.

OBSERVAT. IV.

Dolor capititis à lue Gallicâ chronicus, aliorum Medd. consiliis frustraneis, curâ sudoriferâ, sublatu.

Quidam Nobilis in superiori Styria chronicò dolore capitinis annum excedente, excarnificatus, cum Medicorum Græcensium consilia frustranea, tandem ego in illius armis vocatus, diligenter inquisitione causarum factâ, cum adverterem Gummata in genu dextro, suspicari cœpi de infectione luis Gallicæ, spem faciens restitutionis, si meo obsequio consilio, sitanimus, curam

sudoriferam proponendo. Tum ille salutis avidus, in assumendis remediiis obedientiam pollicitus, ita in integrum est restitutus, cum nominis mei encomio haud modico,

R. Ling. sancti 3x. cort. 3j. sarl. paril. 3i. in f. 1b. 1z. aq. dec. ad med. col. Pro potu: Reliquis affund. aq. f. 1z. dec. ad cons. 3. partis, in fine ad liquir. 3ij. passul. mund. 3i. col.

OBSERVAT. V.

Dolor capititis à serosis & pituirosis humoribus.

Cum

LIB. II. OBSERVAT. V. VI. & VII.

8

Cum in oppido Durlacensi di-
versarer, hospes ad coronam, de
sævo dolore querulus, meum expe-
tiit adjumentum, eum prodire a se-
ratis & pituitosis humoribus sum
arbitratus.

R. M. pil. d. agar. 3ij. aur. cochl.
a. 3j. diagr. præp. gr. iiij. cum aq. be-
ton. f. p. 27.

Dolore eodem die recessit. Me de-
prædicare & aliis commendare non
destitut.

OBSERVAT. VI.

De Dolore & gravedine capitis ab humoribus
pituitosis.

Quidam honestus civis Ulma. do-
lore & gravedine diuturnâ capi-
te laborans à pituitosis humoribus
causa restitutus.

R. M. p. sine quibus 3ij. atm. 3j.
Ex. cath. Theo. 3ß. cum aq. beton.
f. p. 23.

Mirè laudavit exoptatū effectum.

OBSERVAT. VII.

Dolor capitis chronicus præsertim in syncipite, per
consensum ateri.

Cum Uxor Dn. Johan. Weiss/
Prætoris Reip. Isnensis, diutur-
no dolore capitis, præsertim in synci-
pite intra craniū deserviente, infe-
stata, aliis frustaneis, cum conjectu-
ra, istum cruciatum à malignis vapo-
ribus ab utero exhalantibus & cere-
bri membranas percellentibus, coa-
citarum.

R. Castor. elect. 3j. cum aq. me-
lis. f. p. exiguae. 3ß.
Per aliquot maturinas exh. cum
luculento juvamento.
Pro cerebro confort.
R. Mithrid. Ther. vet. an. 3ij.
conſ. melis. 3j. anth. 3ß. M. mans.
3j.

OBSERVAT. VIII.

Dolor capitis fœmina Gravide ingens ex
causa calidâ.

Uxorem cujusdam Scribae Ulm.
primarii gravidam immensus do-
lor capitis invaserit, drepente, circa
medium noctem sum excitatus è so-
mno, & ut accederem rogatus, re-
culare nefas duxi, domum vix in-
greſe

L 2

gressus, ægram ejulantem & vociferantem audio, in conversatione querelas, de intolerabili cruciatu percipio, ex fervidâ massa sanguineâ dolore pronatum, conjicio.

R. Aq. ros. plant. d. melil. an. 3*z*. nucl. ceras. sem. pap. al. a. 3*z*. f. Emuls. cui ad. aceti ros. 3*z*. M. pro epith.

cum linteo imbuto & expres. tep. apl. fronti & tempor.

Incantamenti instar doloris sopitus. Idem medium in aliis plurimis concitato dolore à causâ calida, proficuum depræhendi, sèpius etiam premissis pilulis cephalicis purgantibus.

OBSERVAT. IX.

Dolor capitis à sanguine calidore concitatus aliis invictus v. f. cephalica, cessit.

Filia Dn. Henrici Schwartz/Archigramm. Reip. Ulm. Catharina Virgo, gravi dol. cap. sèpius molestata, is nullo alio medio commodius & expeditius placari & removeri potuit, quâm si venâ cephalicâ inter pollicem & indicem lateri affecto respondentem. Si vena in brachio etiam ejusdem lateris incisa, ne

minimum levaminis securum, ac sanguine demisso ex prædictâ cephalicâ inter pollicem, illicò dolor evanuit, quia cum illâ venâ conjunctâ est arteria & per *anastomosis* sanguis etiam tenuior & fervidior profuit, quod in venis brachiorum apertis, non contingit. Idem à me in aliis sèpius est observatum.

OBSERVAT. X.

Dolor cap. & dentium à defluxionibus.

Filia Virgo Nob. Dn. Præfetti in Weissenhorn/fat magno dolore capite & dentium diu exagitata à defluxionibus originem trahentibus, ad eas avertendas.

R. R. cich. Enul. fœnic. a. 3*z*. herb. beton. hyss. meliss. anth. abs. rom. card. b. a. p. j. dact. sebest. an. 3*z*. fol. sen. f. f. 3x. agar. rec. troc. 3*z*. Turb. al. gum. 3*z*. Jäl. Rhab. a. 3*z*. R. gal.

3*z*. cinnamon. 3*z*. j. crem. Tart. 3*z*. f. fac. cum sind. al.

Pro Mens. hydromel. alternis matut. quart. 3*z*. ante prand. Errat difficilis alui & icteritiae obnoxia.

In ore continendum cal.

R. Aq. salv. serpilli, orig. an. 3*z*. sp. vitr. 3*z*. M. Gumm. Tacam. dis. extend. alutæ & temporis affecto apl. Exh. gut. vi. sp. matric. camph. cum aq. melis. Pro potu dec. saffra.

OBSER-

Ad dolore capitis chronicō liberatus.

Quidam peregrinus 30. annorum, missa venæ sectione medianæ in bra-
complexionis sanguineo phle-
gmatice, diuturno dolore capitis in-
festatus, aliquandiu usus suffitū Ta-
baci, ad eū velut sacram anchoram,
suum habens refugium, cum nihil
proficeret, mē consilii causa accessit,
cum conjectura ab humoribus phle-
gmaticis, id mali, concitatum, præ-

missa venæ sectione medianæ in bra-
chio dextrō, ordinatæ pil.
R. M. pil. aur. coch. sine quib. an.
Dj. cum aq. beton. f. p. 21.

Spes concepta ex voto successit,
ut in cōpia evacuatīs superfluiis hu-
moribus, à tanta molestia immunis
redditus, effectum pil. celebrando.

*De Memoriā labascente dum ex toto sublata & in apo-
plexiam, & paralyſin terminata.*

OBSERVAT. I.

Cum Ill. ac Genēfus Dn. Dn. Christophoris Truc-
cessius, L. B. **zur Scheer/** tanto cœbri stupore cor-
reptus (ob intemperię frigidam
& exorbitantes humores phlegma-
ticos corruptos ~~mētrias~~ inferentes)
ut indies magis memoria adeò vio-
lata ac debilitata, quin tandem ex
toto abolita, ut sui etiam nominis
oblitus. Si literæ ad subscribendum
oblatae (salvā adhuc manu) suum
assignare nomen non potuit, nec si
liberi vocandi, cujusque agnomen
succurrebat. Post aliquor demum
septimanās, invasit ~~wād~~ apoplexi-

cum, definens in paralyſin dextrī la-
teris. Cum ab Ill. Filio nātu Majore
& Praſide Camerali Spirensi à me
efflagitatum, ut casum Paternum li-
teris compræhenſum, ipsi commu-
nicarē, quo eum suo Medico Ca-
merali Spirensi ostendere queat, ejus
etiam iudicium desiderans. Ill. Dn.
ægri totius corporis & partium
principalium constitutionem, una
cum morbo & symptomatis, & me-
dendi ratione ita adumbravi, ut ex in
magnam laudem assecutus.

Casus ille descriptus circumstan-
tialiter, reperitur in meis consulta-
tionibus.

OBSERVAT. II.

Aphonia ex crapula, soluta.

L 3

Qui-

Quidam Nobilis ex Saxonia oriundus, in re militari, Electori Bavariae, suam locans operam, cui opidum Lauingenum erat comissum, exin animi recreandi gratia, ad nos expatiatus, in hospitio, cui Bos candidus pro insigni divertens, & Bacco nimis indulgens, quadam nocte, aphonus factus, in summo diluculo ego ad opitulandum Advocatus, offendii illum in lecto sedentein erectum, salva ac integra mente, illæsis etiam manibus, quibus animi sui sensa literis consignare, erat expeditus, sola lingua vincita ac restricta, quo minus libera, ad ullum verbum proferendum, attonitis adstantibus & sinistrum eventum suspicantibus.

Exstat apud Hippocratem lib. 5. aph. 5. Si quispiam Ebrius repente obmutuerit, convulsus moritur, nisi febris ipsum corripiat, aut vocem recuperet, ea hora, qua crapulae sol-

vuntur. Si aphonia per crapulam causata ptoveniat à repletione principii nervorum à crassis humoribus oblitorum, æger per convulsiones perimendus, nî febris succedens, materiam illam absumat ac resolvat, si autem vox redeat, ea hora, quaternientia abire est solita, argumento, nervos vaporosa vini materia obseptos, in primis autem septimum par movendæ linguae inserviens, stipatum, quò minus spiritibus animalibus, liber pateat influxus, ut à calore nativo, aliquot horarum intervallo discuti ac resolvi queant, præsertim si manus Medica admovenda, Prout Patiens noster præmisso clysinate, & exhib. aq. cephal. ex hirund. cum castor. & Theriac. cephal. M. cum sacch. cando albo, circa meridiem, vocalis evalsit, & lingua ab impedimentis soluta, sermonem expedite protulit.

OBSERVAT. III.

Apoplexia in paralyzin dextri lateris definens.

Cafus ille à me latino idiomate conceptus & circumstantialiter descriptus cum curandi processu, Dn. D. Gutmanno, & D. Jenischio Medicis Augstanis, (id expertenti-

bus ipsius ægri propinquis) transmissus, quo & ipsi suum adjungent consilium. Is extat in meis consultationibus delineatus, & contextus laudatus.

OBSERVAT. IV.

Apoplexia definens in paralyzin dextri lateris cum gru torturâ.

Chirur.

Chirurgus Nofodochii Reip. Ullmens. ordinarius annum exce-
dens 60. Georgius Riedlinus Na-
turae melancholicæ, apoplexiæ cor-
reptus, in dextri lateris paralysin ter-
minata, brachio & pede responden-
te, resolutus, restitante sensu, motu
tantum privatis, cum tortura oris &
linguæ balbutie. Principio nervo-
rum in cerebri basi residentium, ab
humoribus pituitosis non admo-
dum crassis irrigato & obstructo,
qui postmodum, è posticâ cerebri
cavitate, per dextri lateris vertebras,
depluentes, & in nervorum substantia-
m se insinuantes, prædictis mem-
bris motum ademerunt, viam spiri-
tibus animalibus, ad irradiandum,
intercipientes. Ad serosos & pitui-
tosos humores in cerebro & nervo-
so genere hærentes, exterminandos,
præscripti hydromel laxat.

R. Enul. fænic. Garyo. an. 3ij.
hyss. beton. card. b. meliss. anth. salv.
ivæ arteth. a. p. j. fol. sen. l. l. 3j. agar.
rec. troc. 3ij. turb. al. gumm. 3ij. her-
modaor. 3iſ. gal. 3j. sem. anis. 3iſ.
f. fac. pro mens. hydr.

Alternis diebus quart. 3. magno
cum levamine, ut intra octiduum o-
mnia symptomata, majori ex parte
sublata.

Postremò hæ pil. ordinatæ.
Extr. pil. coch. 3j. Ex Panchym.
Croll. pil. aur. an. 3iſ. cum aq. salv.
f. p. 15.

Pro residuâ materiâ in nervoso
genere per sudorem resolvenda ac
discutienda.

Milii exhort. q. 3. dec. in aq.
adcrepat. d. col. 2. 3. 4. vin. generosi
3. M.

Intra dies 12. haustu illo sudori-
fero manè tantum assumpto, totali-
ter fuit restitutus.

Spir. ceph. Ahalt. cum jusc.

Pro cerebro corrobor.

Aq. Theriac. ceph. mirab.
Lang. an. 3iſ. antep. Lang. 3j. confect.
alkerm. 3j. M. vel confect. Tab.
diambrae.

Sp. diamb. 3j. succ. al. præp.
3j. ol. suc. rect. gut. 4. fac. dis. in aq.
ceraf. 3iſ. f. Rot.

Pro potu: Dec. lig. sassafr. 3ij.
bull. in M. ij. aq.

OBSERVAT. V.

Veniusque manus & utriusque pedis contractura.

Uxor Dn. Pauli Heldii, Scriba ædilitii ultra semestre contra-
eturæ utriusque manus eas extende-
re nequiens, & utriusque pedis in-

primis calcanei distortione, ut eos
neque movere, neque insistere, mi-
nus ingredi possit, à mucilaginosis
humoribus, in tendines & nervos
fini-

se insinuantibus, in lecto decumbens, alterius Medici opera irrita, unguentis & balneis ex dec. herb. sine fructu, per aliquot septimanas adhibitis, tum & meum requisitum consilium, corpore prius evacuato.

R. Mech.al. 3ij. E. scamm. gr. 7. crem. tart. 3lb. cum mell. anthos. f. Ecl. Post R. Enul. fænic. Ireos. 2. 3ij. abs. card. beton. meliss. anth. a.p.j. fol. sen. l. l. 3ib. ag. rec. tro. 3ij. turb. al. hermodact. an. 3iiib. Mech. al. 3ij. crem. tart. 3ib. cinnam. 3j. gal. 3ij. f. lac. infund. in mens. hydromel. Cum esset duræ alui, alternis diebus quart. b. Prescriptum dec. lig. Sancti, sars. paril. cum mod. saffr. sed absque notabili commodo. Plurimum adjumenti præstitit ampl. dia-phor. Dn. Adriani à Mynsicht.

Picis naval. 3iiib. gumm. am-mon. tereb. al. a. 3j. colophon. bdell. a. 3ij. Thuriis alb. mast. a. 3j. sandar. galb. in ac. dif. a. 3b. suceini citrini. 3ib. 3ij. cer. flav. 3vb. f. Empl.

Linleo extensus distortis pedibus circa calcaneum admotum, bis

in die renovando, miro effedū, attractis serosis & pituitosis humoribus, amotum semper deprehensum madidum, quasi copioso rore conspersum.

Pro inunctione manuum;

R. Ping. hum. Ursi & Lupi. an. 3ij. tassi. 3ij. liquef. ad. ol. Vulp. 3ij. M. remoto ab igni ad ol. anis. 3b. ol. ceræ. 3b. agit. & benè misc.

His tantum profecimus, ut manus extendere & cibum capere licitum, & pedibus ingredi concessum, sed nondum sat expedite, quin postremo majoris corroborationis gratia, usū balnei dec. herb. cum mixturâ mineralium, integratim restituta. Forma Balnei erat talis,

R. Alum. sulph. bac. lauri. a. 1b. j. bac. & summi juniper. fol. salv. nob. a.m.j. omnia in mortario contusa & sacculo inclusa decoq. in aheno aq. pro Baln.

Medietas istius mixturæ sumenda pro uno Balneo, per triduum usur-pando.

OBSERVAT. VI.

Præservatio à metu apoplexie.

Quædam fæmina primaria 50. annorum, brumali tempore frigus in cerebro sentiens, insuper catarho infestata, ab insultu apoplexico sibi metuens, corroborantia tantum expetebat.

R. Conserv. fl. anch. meliss. a. 3vi. major. 3b. Nucl. musc. conchi. 3ij. confect. alker. 3j. M.

Manè & vespere sum.

R. Fl. major. m. j. anthos. salv. a. m. b.

m. & steth. arab. p. j. Nuc. musc. 3j. terpaff. & sindon. rub. f. cuc. forma
maſt. carvo. an. 3β. Styr. calam. lig.
alo. an. 3j. cum modico golſip. in-
Multum ſibi contuliffe, prædi-
cabat.

OBSERVAT. VII.

Contractura ex colicā.

DN. M. Nicodemus Sitzlinus, Naturæ melancholicæ, dum in Alſatiâ concionatoris munere functus, viniſ generoſis tartareis in copiâ haufiſis, colicâ correptus, exin reſolutus & contractus manibus pedibusque, materiâ morbiſicâ per ſuorū ad nervoſas partes, & extreſos artus delata. Primò uſus Thermis plumbariis in Lotharingiâ ſitīs, ſine ullo profeſtu, tandem reſtitutus Baln. dec. herb. orig. cunilæ, roſmar. maj. chamo. salv. vulg. 9. Bad. manē hor. 3, & veſperi hor. 2.

OBSERVAT. VIII.

Paralyſis ex colicā.

Quidam Canonicus in cœnobio Secoviensi Episcopatus ſuperioris Styriæ, (in quo Sereniss. Archidux Carolus, cum ſuis posteris magnificam, imò regiam habet ſepulturam) præcedente colicâ, totaliter reſolutus, omnium membrorum motu privatus, materiâ morbiſicâ translatâ ad muſculoſas & nervoſas partes, viam ſpiritibus animalibus intercipiente, quò minus penetrare, eaque irradiare ac colluſtrare potuerint. Etsi varia exhibita conuenientia evacuantia, & cura ſudorifera ex dec. lig. Saneti & ſarſ. paril. à me administrata, absque levamine,

Cum res viſa desperata, tandem ſu- peris aspirantibus, in integrum eſt reſtitutus beneficio Balnei dec. herb. chamo, salv. major. orig. roſmar. mentē, bac. cum ſummit. Juniperiæ. Verè Plato dial. Tim. Sicut homini- bus fatale vivendi ſpacium, ita & morbiſ fatalē eſſe curſum. Res mira, dum complures ægri, chronicis morbiſ diſcruſiati, & vario rene- diorum genere, in caſſum traſtati, tandem iſtante fatali juvandi ter- mino, non absque ſingulari Numi- niſ inſpoſitione, ex inſperato, tale medium ſuccurrat, quod ſaluti.

M

OBSER.

OBSERVAT. IX.

Utriusque cruris paralyſis.

Cum essem Laphemium evocatus ad Nob. Dn. Phil. Carolum de Welden/inter alios ægros, cuiusdam subditi Filia 10. annorum curanda præsentata, utriusque cruris patalyli detenta, totaliter motu privata ab obſtructione nervorum circa os ſacrum prodeuntium à crafſis pituitofis humoribus & viam ſpiritibus animalibus motioni inſervientibus, præcludentibus. Qui ſequentia ordinata & fæliciter curata.

Ad humores phlegmaticos evacuandos, Præscriptum hydromel laxat.

R. Enul. fænic. Ireos flor. an. zij. herb. beton. meliſſ. anth. salv. a. p.j. fol. ſen. f.f. zj. agar. rec. troc. zj. Mech. al. zj. Turb. al. gumm. zj. gal. min. zj. f. fac. pro mens. hydrom. ex. quart. f. pro vice.

Corpoſe depurato, ordinatum Bälz. ex dec. herb. salv. orig. anthos. major. chamo. gr. &. ſummit. Janiperi.

De convulſionibus Epileptiſis.

OBSERVAT. I.

Lum Filius meus Nathanael, 20. ann. artis Pœniae Studiosus, Natura melancholicæ, in Pharmacopolio Argentoratenſi Ringleriano, ſuam locans operam, febi continuâ malignâ aliquantiū detentus, ab eâ tandem liber ac immunis, cum videretur in falvo, convulſionibus Epileptiſis erat correptus; interdum ſola crura motibus convulſiſ per intervalla, agitata: malo iſto per aliquot hebdomadas perdurante, Argentinam relinquiens, ad nos velut Patrios Latres, ſe recepit, expectans morbi e-

uentum, ſecundum Dei beneplacitum. Erat caſus miſerandus & deplorandus. Invadente paroxysmo Epileptico, ingens ſtertor ſubſecutus, qui de ſummitate aedium in platea exauditus, ut metus immineret ſuffocationis. Caſus rarus & paucis Medicis, præſertim in noſtro diſtri-etu, cognitus. Ego ponderans varias circumſtantias, in priuiniſ respiciens illius Naturam melancholicam, obſerveare cœpi illa ſymptomata non per idem a cerebro dependere, ſed per hypochondriorum, ſub quibus in venis meſeraicis delitescat ſaburra vitiolorum humorum

morum malancholicorum, cum bile & sero mixtorum, è quorum ~~φλογαρ~~ ac fervore, per putredinem concitato, dum expirant maligni ac corrupti vapores, cerebrum & nervosas partes impetentes, & sua inimicâ qualitate, facultatem expultricem irritantes, ad rem noxiā persequendam, motus illos convulsivos concitari. In hâc meâ opinione sum confirmatus haud frivolis conjecturis, dum quotidiè paroxysmo redeunte, in lecto decumbens, per horas 6. 7. 8. 12. quasi attonitus, sine loquela, immensum capitî dolorem percipiens, quasi cerebrum funiculis constrictum contraheretur, insuper in toto astutum sentiens, febrilem dispositionem arguens, in primis circa sinistri hypochondrii regionem, ardorem animadvertis. Exin effumantes vapores mala qualitate imbuti, tamen gravium symptomatum authores. Ad malum illud debellandum, rationi consonum videbatur, vitiosos illos humores evacuate, obstrunctiones reserare, & malignitatem propulsare. Eum in finem diversa ordinata purgantia, sed sine fructu, ut ipse etiam dixerit, eorum medio, morbum suum eradicari non posse, nî alia succurrant præsidia, actum de sua salute, cum & Medici Argentinensis opera, evacuando procedentis, frustranca. Tentavi etiam venæsectionem in brachio sinistro, aperta splenetica, haud levi

cum levamine, exin quasi subtracto igneo funiculo, qui sub sinistro hypochondrio, hæc videbatur. Cum autem malum tamen refractarium, tamen contumax, ut hisce præsidis non cederet, cum iste affectus mihi videretur magnam habere cognationem, si non identitatem, cum morbo illo epidemio Hassiaco, quem die **Kirbelsucht** indigitant, à corruptione serotorum cum ichoribus biliosis, mixtorum humorum, pronato, cum motibus convulsivis coniuncto: Exin scopum curationis direxi, ad infringendam venenositatem, salutari successu & eventu.

R. vincentoxici, succisæ, Enulæ, pæon. maris decr. L. coll. Garyo. an. 3i. bac. lauri. 3i. anth. salv. serrilli. a. gr. xv. sp. plirisarch. diamol. dul. dianth. a. 3i. f. p. cuius prima vice. 3i. oblata, cum aq. pæon. ceras. n. a. 3i. M.

Vix persuaderi, aut impelli poterit ad assumendum, tamen erat naufragabundus, aut more melancholicorum suspicioſus ac diffidens. Tandem obsequium præstítit. Pul. illi oblato, in lecto decubuit à summo diluculo ad vesperam usque, sine loquela, oculis clausis, quasi attonitus. Cum ad se rediisset, percontanti de medicamenti successu, respondit, se tantam contractionem in capite sensisse, per aliquot horas perseverantem, quasi tota cerebri substantia per oculos, nares & aures erumpere

conaretur, velut funiculis divulsa. Cum suauissimum illius pul. usum per aliquot matutinas continuaret, cum impossibile annosam querum, unico iectu prosterne: ita morbum radicatum, unica vice expugnari non posse: sed totis viribus restitit.

Non minus unica illa dosis pul. prædicti alexiteriam vim habentis,

OBSERVAT. II.

*Epilepsia non à solē & vaporosā amatetia, sed humorosa
copiosa in cavitatibus cerebri contenta,
proveniens.*

Illust. ac Generosus Dn. Erasmus de Teuffenbach/ L.B. in Styria, cum febre hecticā contabuisset, ut nihil residui, præter cutim & ossa, tandem convulsiones Epilepticae superivenere & finem vitæ imposuerent. Erant pænè continuae die nocturne afflgentes, ultra biduum perseverantes, dum Natura evicta & prostrata, eram attonitus, & etiamnum quoties recordari soleo, admiror, tantum sceletum, tantam violentiam symptomatum, tamdiu sustinere potuisse, observatum ex capite materiam cerebellim descenderet per fauces in œsophagum, eam deglutire Ill. æger est coactus, interdum etiam per os rejecta, ad vivitudinem & nigritatem inclinans, exin perspicuum, humores corruptos, cum bile & humore melan-

cholico mixtos, illius mali effectores. Et si haud levis controversia, utrum paroxysmi Epileptici à vaporosa, vel humorosa materia, ventriculos cerebri opplente, proveniat. Quamvis indubium, quin saepius à malignis vaporibus facultatem expultricem stimulantibus, ad noxiū removendum, emergant, sed in illo subjecto, quin cavitates cerebri fuerint replete copia corruptorum humorum, rumpens, hoc est luculentum, dum æger frequentius materiam delabentem deglutire coactus, quæ tamen non tam ratione obstructionis ventricularum cerebri, rumpens illud concitat, quin potius ob malignam ac inimicam qualitatem, quæ infecta irritando cerebri membranulas investientes, ad noxiū amoliendum.

OBSER-

OBSERVAT. III.

Epilepsia à colicā cum geminata visione.

REver. Pater, Prior Cœnobii Ifnenensis, Naturæ melancholicæ, facie & barbâ nigricante, aliâs sat robusti corporis, inordinatè vivens, colicâ gravis, exagitatus, compressio-ne valida torquendo intestina, tandem materia morbifica translata in cerebrum, terminata in convulsio-nes Epilepticas. A dolore levatus, per aliquot hebdomadas obambulans cibum capiebat, de nullo amplius symptomate questus, quam quod cunctas res, quas intuitus, germinas cerneret, alterutro humore crystallino è sua sede dimota, & per convolutionem, sursum traxto, vel deorsum delato. Id admiratione & commiseratione dignum, et si spectatores non raro ad risum concitati. Si quis ei manum porrigerat, ad excipiendum, tunc ille geminam se videre putabat, dubius utra apprehendenda. Idem contigit in cibo ex patina capiendo, & cyatho ori admovendo, ut aberraret in eligendo. Id mihi conspicant, saepius risum expressit. Isto symptomate menstrui spacio molestante, tandem recessit,

sed vitrea erat valetudo, intra dies 14. convulsiones Epilepticae inopinatò bonum illum Patrem torque-re cœperunt, die noctuque affligen-tes, nec prius desinentes, quam ipso è vivis sublati.

Itidem ille, ut in superiori obser-vatione citatus Dn. D. continuo ma-teriam viridem & nigricantem, talis etiam interdum per os ejœcta, è ce-rebro per palatum descendantem, deglutire est coactus, dum suffo-catus.

Cum prima vice dolore colico correptus, nec cederet, exhibitis pur-gantibus etiam ritè operantibus, ad opia compulit necessitas.

R. Laud. op. cum magist. gr. 4. f.
p. j. Dolor sopitus.

Cum magna adesset ~~avocetum~~ quæ-vis cibaria aversando.

R. Aq. bor. bugl. an. ʒ3. Ros. ʒiiib.
til. ceras. lil. conval. cinnam. a. ʒiib.
man. Chr. perl. ʒi. M.

Ista aqua per aliquot septimanas fuit recreatus & sustentatus, aliquot vitra absumento & depraedicando.

OBSERVAT. IV.

Epilepsia colicæ succedens à corruptis ac putidis humoribus.

M 3

Nob.

Nobil. Dn. Michael Donspergerus, Naturæ melancholicae, cum sœvis. doloribus colicis infestatus, ad ipsum vocatus in oppidum **Leibnitz** / superioris Styriæ, sed antè meum adventum, convulsiones epilepticæ eruperunt, ut de vitâ periclitaretur. Cum æger & Conjunx multis precibus instarent, nè ipsum desererem, quin aliquam convenientem curam susciperem, quo & à præsenti malo penitus liberari, & ab imminenti, seu recidiva, præcaveri queat, corpore prius probè evacuato, proposui decoctum lign. sanct.

cum sari. paril. Obsequium præstatum, assumptum, & feliciter ad finem perductum, magno cum emolumento. Ab haustu sudorifero semper promanabant sudores valde fortidi, ut cum sudore absoluto, lecto detecto, detergendas, sua graveolentia, adstantibus abominandi, indubium corruptorum humorum argumentum. Per mensem apud illum hæsi, interea etiam alii valetudinarii, consilii causa, me accersiverrunt, ut tandem bene nummatus domum reversus, reliqâ honorificâ, mei memoriâ & benevolentiâ.

De Convulsione.

OBSERVAT. I.

Convulsio diversarum partium à vermis causata.

Filia 14. annorum Dn. Davidis Wolfii, Cöfulis Reip. Iinenis, in collo constrictiōnem sentiens, Chirurgi operam adhibuit, qui per gargarismum succurrere malo, (ratus à materia catarrhalī profectum) tentavit frustra. Cum in horas deterius haberet, & magnum impenderet suffocationis periculum, tandem circa medianam noctem ego excitatus & vocatus, comparui, thalamum ingressus, offendi ægram eretam in lecto sedentem & querulam, de in-

genti contractione faicum sibi respiratione interceptâ moriendum clamitantem, nî subveniatur subito. Conspicuus etiam aderat motus convulsivus, utriusque brachii, & utriusq; cruris, modo dextrum brachium, modò sinistrum ad pectus, modò dextrum crus, modò sinistrum, magna violentia ad nates usque, invita ægra, quasi funiculus alligata, alternatim reflecebantur. Tam miserandum & condolendum spectaculum, mihi haud obvenit. Cum obinstans discrimen vitæ, consiliu-

ſilium capiendum præsentaneum, & in ſuſpenſo, quid de cauſa morbi ſtuendum, & qualia remedia præſcribenda.

Primò aſtitite gratiā diuinā, ordi-
nati aq. cordialem.

R. Aq. bor. ceras. an. 3j. lil. con-
val. meliſſ. beton. an. 3j. cinnam. 3j.
corall. rub. præp. 3j. Bezo. ori. gr. vi.
man. Chr. perl. 3vi. M.

Vix unius atque alterius cochl.
dosi aſſumpta, conſtrictio colli re-
ceſſit, liberior respiratio ſucceſſit.
Exin ſuſpicari cæpi, illa ſymptomata
conciitari à vermis, qui luavitate
aq. cordialis pacati conquiuantur.
Id meum eſſatum, quibusdam mu-
llierculis præſentibus, (quæ Medicis
ob hebetudinem mentis, ſemper
adverſariæ & ad calumnias intentæ,
id dolendum, vix corrigendum) ab-
ſolum videbatur. Sed ipſa praxis &

eventus, meum vaticinum compro-
bavit, cum ea matutina hauiſſet po-
tationem laxat.

R. Fol. ſen. 3ij. agar. rec. tro.
Rhab. el. an. 3ij. cianna. zing. a. 3j. in-
fund. in aq. beton. sp. vit. g. iij. In col.
leviter ex pref. 3j. dif. Mañ. El. 3j. f. p.

Post horas 4. duo oblongi ver-
mes cum vitiosis humoribus excre-
ti, & ſymptomata remiſſiora rarius
infestabant. Ad reliquias penitus
propulſandas.

R. R. dict. al. zedo. tormentill.
an. 3j. ſem. ſanton. p. ij. herb. abs. rom.
card. b. cent. min. a. m. 3. fol. ſen. f. f.
3vi. agar. rec. tro. Rhab. el. a. 34.
cianna. 3ij. zing. gal. a. 3j. f. fac. pro
vini tib. 2. aq. card. b. tib. j.

Cujus quart. 3. ante prandium aſ-
ſumpliſ, vefperi adhuc unicus tan-
tum vermis rejeſtus, & ita agra à
præſenti periculo liberata.

OBSERVAT. II.

*Motus quaſi convulſivus territans, noctu & interdiu, per
intervalla, repetens.*

Cum Dn. Johan. Popiūs, 70. ann.
civis Ulmenſ. ultra ſemestre per
quam moleſto ſymptomate exagita-
tus, motu quodam convulſivo, mul-
töties die noctuque paroxysmo re-
peñte, territante & conquaſſante,
a malignis vaporibus ex abdomen
expirantibus, nervolas ac ſenſiles
partes percellentibus & extinulan-
tibus, ad rem' adverſam exutien-
dam. Prius uſus confilio Dn. D. Hor-
ſtii, ſed abſque ullo profeſtu: exin
mea requiſita opera, quæ itidem ir-
rita. Tandem fortuito, utriusque fe-
lici Fato, liberatus ex insperato.
Cum enim iugulo & duopl. gravifſi-
ma urinæ ſuppreſſio urgeret, me ac-
cerendum curavit, cui ſymptomati
abigen-

abigendo, inter cætera, ordinavi.
Ol. still. succ. rectif. gut. vi. cum
aq. petros. cochl. 2. 3.

Id calidè oblatum aliquoties. Res
mira & inopinata, non modo lo-
tium provocatum, sed & illud mo-

lestum symptoma, in simul profliga-
tum.

Vel exin reluet, non raro Me-
dici phantasiam à causa superiori ita
dirigi, in ægrorum salutem, & sui
nominis laudem.

OBSERVAT. III.

Dolor & contractio dorsi, motu convulsivo.

DN. N. Bienlin / ordinis mer-
catorii dolore ingenti cum con-
tractione dorsi, motu *convulsivo* con-
vulsivo, à defluxione in nervos se in-
finuante, & miserè torquente, infe-
status, seq. unguento liberatus,

℞. Ung. Areon. Marti. agrip. an-
zij. ol. chamo. anet. lil. al. a. ʒj. lum-
bric. terr. vulp. a. ʒiſ. ping. taxi. hum.
vulp. a. ʒiſ. M. cal. inung.

Bono Genio sit laus, qui præsen-
taneum suggessit præsidium,

OBSERVAT. IV.

Motus convulsivus cum risu involuntario.

Quidam Sacellanus cuiusdam
Nobilis in nostro districtu, Na-
turæ melancholicæ, aliquandiu risu
involuntario exagitatus, saepius in
die paroxysmo repetente, sat diu du-
rante, & ad cachinnandum impel-
lente, cum extremarum partium
tremulo ac convulsivo motu, à col-
lectione humoris atrabilatii circa
viscera secundæ concoctionis coa-
cervati, fermentantis, & peculiari
modo corrupti, exin pravi vapores
expirantes, ad diaphragma pertin-
gentes, id vellicantes, ad risum, præ-
ter voluntatem provocant, ad mus-
culosas & nervosas partes extimas
delati, inimica & acri sua qualitate,

Naturam stimulantes, motum con-
vulsivum concitant. Corpore prius
evacuato per melanogoga & phle-
gmagoga, usus saepius 4. v. cochl. hy-
dromel. laxat. tartarifati. Tandem ad
discutiendam materiam corruptam,
nervoso generi infestam, seq. pul.
appropriati ʒj. exh. cum aq. ceras.
& veron. desuper sudando inlecto,
per aliquot matutinas continuando.

℞. R. angel. vincetox. a. ʒj. farf. pa-
ril. Garyo. paeoniae. succisa. a. ʒj. an-
thol. salv. thymi. a. ʒiſ. bac. lauri. ʒj.
spec. diambr. compl. diamos. amari.
a. ʒiſ. confect. diaxylal. ʒiſ. f.p. Cura
ad nutum & votuna successit.

De

De Catalepsi.

OBSERVAT. I.

VXOR cujusdam mercatoris Ulm. corporis habitu melancholico, per complures annos, melacholicis phantasmatis exagitata, valde inquieta, ut non interdiu solum, sed & non raro per integrum noctem, garrula, quasi praesentes opposentes, de rebus variis, quibus respondendum & resistendum. Aliquando depræhendi illam catalepsi correptam, in sella sedentem, apertis & in convenientibus oculis, motu & sensu privatam, velut totam rigidam, instar statuæ, & in cœsura constitutam. Consimilis casus rarus, mihi antea non obvenit spectandus, nec ingratum, tum cognovisse. Etsi authores, de causâ istius affectus admodum discrepantes, mihi tum rem penitus contemplanti, videbatur illud concitatum à vaporibus frigidis ac fiscis, à sanguine melancholico emergentibus, & cerebrum impetentibus, & in ipsius nervorum tunicas, praesertim posticas, se insinuantibus & spiritus animales sosten-

tibus, velut fulmine percussos, qnod etiam vim habet vinum in dolio coagulandi. Cum malum illud subito invaserit nec diu durarit, exinde conjiciendum, materiam vaporosam in culpa.

Non autem vaporess illi melancholici, frigiditate actuali (cum talis frigoris gradus in vivente non detur) coagulandi vim habent, cum plures multo frigidore cerebri inteperie prædicti, & tamen non evadant cataleptici: sed suâ virtute acidâ vitriolatâ, ac ponticâ, figendo spiritus animales, & nervorum tunicas constipando.

Per intervalla evacuata:

3vi. hujus syr. in iusc. Gall. 2.
cort. R. Ell. n. præp. 3lb. polyp. q. 3ib.
epith. 3vi. R. bar. bug. a. 3v. ceter. fu-
mar. cap. ven. cuiusc. chamædr. agrim.
a. m. j. fol. sen. s. l. 3x. sem. carth. 3b.
Rhab. 3ij. Mechioc. 3iii. sem. anis.
3ij. cinnam. 3ij. pals. 3ij. dec. in aq.
ad 1b. 2. col. clarif. ad luc. pom. dul.
3ij. syr. epith. 34. sacch. 1b. 1b. dec. ad
consist. syr.

De Melancholia.

OBSERVAT. I.

*Melancholici phantasia corrupta se totius orbis
Monarcham.*

N

Cum

GUm antè annos 56. ab Ill. ordinibus Ducatus Styriæ, pro medico ordinario receptus, ut in Styriæ superiori, in Metropoli Judenburgenſi habitarem, & operā medicā Ill. Proceribus inservirem. Eram tūm admodum juvenis 24. annorum, ob id parum confidentiæ in me velut inexperito Medico, locatum, posthabito, quod ob theoriam haud vulgariter fuerim commendatus. Quam primum in illo oppido appuli, literas commendatitias, Illust. ac Generoso Dn. Dn. Julio, L. B. de Teuffenbach / supremo Inspectorī inscriptas tradidi, iis reseratis & perlustratis, me benignè exceptit & officia sua obtulit. Contigit autem felici meo Fato, ut illius Frater Dn. Ehrenricus &c. (cui Natura obtigit melancholica, & corrupta phantalia per annos complures molestatus, ut siōi imaginaretur, se totius orbis Monarcham) altero statim die à me adventu, dolore colico exagatus, meum requisitum consiliū, non tām eo fine, ut restituere-

tur in integrum, prout opinio vulgaris, quin potius, ut à me, velut Medico juvēne (juxta tritum adagium. Novitus Medicus, novo opus habet cæmiteric) ad orcum ablegaretur. Sed vix uno atque altero clysmate injecto, liber ac immunis à cruciatiu evasit, & cum inter excernendum, cum vitiosis humoribus, una flatus erumperent, tum Illust. æger, ex corruptâ imaginatione, se animam efflare, & sibi moriendum, dicitarer. Primā istā curā tām prospere succedente, præter aliorum spem, tūm Illust. Frater D. Julius me celebrare & aliis etiam Magnatibus commendare cœpit, & per hunc gragum Fortuna, seu Providentia divina, me ad sublimiora evexit, ut ex in majori concitatâ famâ & confiden- tiâ, obvenerit fæcunda praxis medica. O felicem, cui favor ab alto. Cum non raro Deo O. M. ita disponente, nobis non animadvertentibus, talia media occurrant, quæ admirationi in procurandâ nostrâ salute.

OBSERVAT. II.

Fœmina funestis cogitationibus intenta, & pœnè desperabunda.

Fœmina primaria melancholicis symptomatis adeò sàvis molestata, ut interdum tām tristes ac funestæ animo obversarentur cogitationes, de violentis manibus sibi inferendis, ac filo vitæ abrumpen-

tumpendo insuper querela aderat, de oris amarore, & corporis per intervalla repetente horrore. Cum illius propinqui valde anxii ac solliciti, ne impos mentis evaderet, dum nec blando sermone, nec severiori objurgatione, à via erronea ad regiam reduci posset. Cum ipsius Frater haud pridem lue pestiferā è vivorum numero exemptus, ipsa perterrita, & assidua imaginatione agitata, quasi consimili pathemate, sibi foret emigrandum. Cum meum requisitum consilium, accessi, offendī ægram pavidam & pusillanimem, ex in amicis suggesti, afflictam non esse magis affligendam, importuno affatu, quin potius sit excipienda & tractanda benigno alloquio, ad præcavendum, ne ad desperationem redigeretur. Cum animadverterem oris amarulentiam, ob ~~anægoulū~~ re-gurgitationem humoris biliosi ad os ventriculi delati, ex obstructione vesicæ felleæ: quin & cum in prædente puerperio, lochia corrupta rejecta, ex in sum suspicatus, pravos humores in vasis uterinis & venis meseraicis hærentes, plurimum contulisse ad formidinem ingerendam, & phantasiam corrumpendam, subiectis malignis vaporibus cor & cerebrum percellentibus. Proin ad depurandam massam sanguineam à spurcie humorum biliosorum & melancholicorum.

R. Extr.d.carth. 3j. syr. viol. sol. d.
Rhab. Augustan. an. 3j. dec. fol. sen.
3i. b. M.

Ad eventilandum sanguinem, aperta mediana brachii sinistri. De-hinc ad reliquias intimius impactas averrucandas, ordinavi vinum laxat.

R. R. cich. polyp. q. a. 3b. abs. rom.
card. b. beton. cirrar. anth. chamæd.
a. p. j. fol. sen. s. s. 3j. agar. rec. tro. 3iij.
Rhab. Jalap. a. 3ij. crem. tart. 34. paſſ.
3j. cinnam. 3j. gal. 3ij. pro vini lb. 3.
& aq. cichor. & meliss. a. lb. 3.

Alternis diebus, dimidium quart. haufit, magno cum levamine. Eo absoluto, cum per intervalla melan-cholicae imaginationes redirent, ratu-s, eas prodire à malignis uterinis vaporibus.

R. Aq. Hyster. seu d. meliss. com.
pol. 3. 3. Manè & vesp. coch. 2.

Ad ventriculum corroborandum:

R. Elix. propr. parac. gut. v. 6. cum
2. coch. iulc. Gall. cal. manè exh.

Et ita curæ colophonem imposui, illa restitutæ sanitatem gaudens corporis & mentis, felicem medelans depraedicans. Ex in patescit, quantum intersit, causas morbificas habere cognitas, ipsa etiam ægra tandem advertit, tantam animi angustiam, à corruptis matricis vaporibus, cōcitatam, dum quoties assumpsit aquam illam antihystericam, illicè levamen percepit.

OBSERVAT. III.

*Melancholicus in summo gradu vini haustu
recreatus.*

DN. M. Nicodemus Sitzlinus, puerus putus melancholicus, valde pusillanimis, anxius & meticulosus, a nulla re, majus capiebat solatium, quam haustu vini, Naturā frigidore incalecente & per regenerationem spirituum, accidentariam hilaritatem, procurante, sed ubi sanguis deferuit, pristina redit tristitia. Exin sūm exoratus, ut ad propulsandum ac mitigandum animi mœrorēm, remedium ~~nūcibes~~ communicaarem.

℞. R. bugl. ab. inter. cort. mund.

ʒ 4. fl. bor. bugl. anth. an. ʒ 1. citrар. cum fl. m. ʒ. pass. min. mund. ʒ viii. cinnam. ac. ʒ iß. f. lac. pro. v. mens. vini in dol.

In prādio haustum sumpsit, id laudibus extollens. Post annos complures à catarro suffocativo ē vivis est sublatuſ, illius morbi decursus & qualia viscera, cadavere aperto, reperita circumstantialiter à me consignatus extat in meis consultationibus, multa singularia & notabilia occurſent.

De Mania.

OBSERVAT. I.

Duo Maniaci restituti.



Um quidam Vir honestus Civis Isnensis, cum uā Uxore ex Ducatu Wirtembergico, domū reversus, ambo tanto furore correpti, ut catenis constringendi ac coercendi, ne sibi & aliis exitium ac dāmmum inferrent, vulgo creditum, toxicum oblatum, mentem evertens, erant die nocturne valde inquieti, cum continua

~~agrypnia~~ & absurdis dictiis. Si causa naturalis, quin ab atra bile incensa ac deusta ~~ad~~ illud concitatum, indubium. Maritus ita tractatus & curatus.

℞. Fol. sen. l. l. ʒ 8. Rhab. El. ʒ 4. cort. Ell. n. præp. ʒ ij. prun. dul. v. fem. anif. ʒ j. inf. per. n. in dec. fl. & fr. Mane facta ebull. & expref. ʒ 4. in qua dif. El. lenit. diacath. a. ʒ iß. conf. Ham. ʒ 4. syr. ros. sol. Mann. a. ʒ 8. M. Erat

Erat difficilis alui. V.S. primò medianæ in brachio dextro, post etiam aperta cephalica utriusque manus inter pollicem & indicem.

R. Ung. popul. zib. ol. Nymph. viol. pap. exprel. a. zib. op. theb. gr. 7. cro. gr. ij. cer. parum. f. lin.

Pro lavacro pedum:

R. Nymph. laet. viol. a. m. iib. Ros. m. iib. aneth. chamo. a.m. b. falc. m. j. cap. pap. al. 7. dec. in aq. Amyg. d. zib. sem. 4. fr. ma. a. zib. sem. pap. al. zib. cum aq. hord. f.

Emuls. ad. syr. viol. pap. errat. a. zib. M.

Tandem p. aq. Ros. zib. op. El. zib. cro. Dib. M. pro epith. frontis & temporum, cum linteolis imbutis & expressis, tep. apl.

Parum etiam naribus instill. ante cubitum.

Exh. etiam gr. 4. laud. op.

Ecce nocte dormivit, cum antea, per dies 14. insomnis, & menti restitutus. Quin & uxor consimilibus recuperavit corporis & mentis.

OBSERVAT. - II.

Cum Dn. Caspar Hilleri, Pastoris Reip. Isnenis Filius M. artium, Maniæ levâ obsecus, Pater meum efflagitavit consilium, pareo, trans-

mitto, id à Medico illius loci laudatum, cuius apographum extar, in meis consultationibus.

De Catarrho.

OBSERVAT. I.

De variis symptomatis à catarrhos à materi: concitatis:

De qualitate camphora, & situ cordis.

Cum olim Durlachii Marchionatus Badensis oppi-
to hæsisem, ipse illustris.

Dn. suum intimum Secretarium ad me ablegavit offerentem chartam, in qua varia consignata symptomata, à catarrho proficilenta, quibus S. C. molestata, meum desiderans judicium. Consilium

erat conceptum & oblatum & laudatum. In aula dici solitum, ill. Dn. Marchionem ab Alchymistis olim ita tractatum, ut tota ipsius Natura corrupta, si maturius tale obtigisset consilium, indubium, quin à gravioribus symptomatis præservari & commodiore frui valetudine licueret. Illius apographum reperitur in

meis consultationibus. Quid mihi dicatur) dum per os assumpta , Es-
 contigerit tūm in aulā , haud abs re-
 commemorare notatu digna. Eram
 invitatus ad cœnam unā cum Medi-
 aulico , aderant & duo nobiles cum
 Marchionissā , cum tabulæ assedisse-
 mus , tūm sua Celsitudo , mihi pro-
 posuit quæstionem dissolvendam
 de camphora ; cujus esset tempera-
 menti , calidi vel frigidi , cum respon-
 dissem , rem intricatam , dum discre-
 pantes & è diametro repugnantes
 Medicorum extent opinions , mihi
 probabiliorem videri eorum senten-
 tiā qui statuant devergere ad cra-
 sin frigidam , non tām manifestā qua-
 litate , quām ~~durātūtē~~ potentia
 essentiali refrigerare , istam ~~cōq̄ēas~~
 & operationem esse cognitam ex ef-
 fectu , dum arcere solet morbos ex
 calidā ~~durātūtē~~ concitatos , & Erysi-
 pelata propellit. Contraria autem
 contrariorum esse remedia. Tūm
 S. C. instabat , cum camphorā con-
 ferat plurimum in affectibus hyste-
 rīcīs , hī autem à causā frigidā prove-
 niant , erit igitur qualitatis calidā :
 huic objectioni per distinctionem ,
 occurrentum afferui : commendari
 medicamenta camphorata , non ad
 corrīgandā intemperiem frigi-
 dam , sed ad profliganda symptoma-
 ta matricalia , si in culpā vapores cor-
 rupti & maligni , ad eos , via alexite-
 rīa infringendos , (eā de causā cam-
 phoram velut insigne alexicacum in
 ipsā pestilentia , summoperē de præ-

sentia tenuitate , per intīma penetra-
 lia se insinuare , & haud levi amaritie
 & acrimoniā , & insitā ~~idiosyncrasia~~
 malignitati repugnare & tetros ha-
 litus resolvēre & propulsare , afo-
 lent , vel ~~idiosyncrasia~~ quadam , oc-
 cultā proprietate prodesse. Adhac
 S.C. conticuit & aliam quæstionem
 protulit , percontando , ubi cor suam
 sedem habeat , respondi , in thoraci
 medio : tum S. C. regessit , potius in-
 clinare ad regionem sinistrā ob-
 pulsū eō loci magis conspicuum ,
 referebam id contingere , ob sini-
 strum cordis ventriculum , in quo
 arteriarum origo , à quibus pulsus
 obveniat , alias teste Galeno lib. 6.
 de vſ. part. consistere in medio pe-
 store : adhac etiam filuit.

Quod autem quæstionem de situ
 cordis proposuit , exīn nata est occa-
 sio. Cum aliquando ingenti cordis
 palpitatione laboraret , duo Medici
 Heidelbergā evocati in auxilium , in-
 ter cetera remedia ordinatum Epi-
 thema cordiale , ibi rixa & conten-
 tio cum Medico aulico Durlacensi ,
 quā loci illud esset applicandum ,
 & tūm litigium de situ cordis , illis
 contendentibus in sinistro latere lo-
 catum , isto autem in medio situm ,
 afferente , tandem cum neutra pars
 cedere vellet , de conceptā opinio-
 ne , Medici Heidelbergenses provo-
 cabant ad experientiā , & anatomi-
 am , cuius medio ista controversia
 fit

sit dirimenda. Cum autem Scrofae apud S. C. deferentes, quod tam viscera interranea, quoad situm, haud dispare modo, disposita, ac in corpore humano, ipsa fuit mactata & in conclave delata, corpore aperito, cum videretur cor inclinare versus latus thoracis sinistrum, illi triumphantes de victoria, Medicum aulicum officio aulicum incusantes ignorantiae &

imperitum alat Medicum, cui inconnitus situs cordis. Exin Dn. Mar-

chior tantam concepit indignationem, ut Medicum aulicum officio motum, aliò relegarit. Exin etiam apparet, quam inamica res sit emulatio Medicorum & quam detri-

mentosa calumnia.

OBSERVAT. II.

Quidam Vir primarius chronicis catarrhis obnoxius, aliis frustraneis, pul. Nicotianæ per nares at-

tracto, & dec. saffafri. pro potu, libes evasit.

¶ Fol. Nicot. cum ol. anis. præp.

3j. fl. major. 3j. mos. gr. j. f.p.

OBSERVAT. III.

De Tabaci præstantiâ in defluxionibus, in abigendâ crapulâ, & mirâ qualitate in præservando ab inediâ.

CUm in toto terrarum orbe, nulla planta reperiatur, quæ ob præcellentes qualitates, ad omnis generis ægritudines, internas & externas partes obsidentes, propulsandas, tantum elogium, præsertim in affectionibus catarrhosis suffitu & pulvere exhibito, ac ipsa Nicotiana, exin suo merite, sana sancta dicta, ab effetu, ob præclaras & quasi divinas sanandi dotes. Etsi illa ob insignes virtutes summoperè celebranda, non minus, cum ab hominibus delitosis, illius usus non ad morbos profligandos, sed vitia propaganda, adhibetur, in multorum reprehensione incurrit, dum ipsius suffitu & pulvere, libidine effrenata abutuntur bibuli, ad cerevisiæ & vini vapores in cerebro coagulatos & adglutinatos, resolvendos ac detrahendos, ut temulenti ex infobrii redditis, denud compotationibus indulgere, & non unâ vice in die Ebrietati studere, liceat. O vitium execrandum! O vita belluina. Adeò illa ~~excoriatio~~ inolevit, ut deploranda, vix emendanda, dum non solum Martiales, sed & oppidani ac ipsi etiam pagani, suam illic voluptatem querant & capiant. Milii ex relatione cuiusdam viri fide digui innotuit, haud

— idem

pridem in Belgio, inter duos Nobiles, certamen institutum de copioiore Tabaci haustu, victori proposito praemio 200. Thalerorum, quorum alter 300. fistulas absorperit.

Cum autem triennium, in die cesi Eisenburghensi, diversaret, incidi in quendam militem Salva-Guarda dictum, pro subditorum custodiâ ac tutelâ destinatum, qui asseveravit, suffitum illum inter milites tam vulgarem, ut si quid de stipendio mensuero residui relictum, in Tabacum impendant, subjiciens: O quam dives essem, si haberem eos nummos, quos pro Tabaco exposui. Cum ille suam olim operam etiam locarit in naumachia, mihi retulit, suffitus Tabaci frequentissimum usum esse inter milites classarios, præsertim si commeatus inopia, ad famem præcavendam & disspellendam, per 2. 3. dies medium sustinentes, citra ullum incommodum. Cum videatur à ratione alienum, ab ullo suffitu sperandam alimoniam, ad famem placandam, accommodatam, haud abs re, inquirere in causam, tam admirandi effectus.

Ultra 10. lustra abiêre, quod Nicolai Monardis Medici Hispani de rebus Indicis commentaria perlustrare contigerit, ubi refert, ipsos Indos, præsertim si per loca deserta peregrinandum, in cibis ac potus defectu, ad famem & sitim fallen-

dam, masticare pilulam pisí magnitudine, ex Tabaco concinnatam, cuius beneficio per quadriduum, absque ullo cibo ac potu, iter peragant, sine ullo sensu famis ac sitis.

Author ille rejicit causam in phlegma per pilulam Tabacinam masticatam, è cerebro tractum & deglutitum, quod pro alimento inferviat, sed absconum. Cum multa reperiuntur simplicia, è quibus apophlegmatismi componuntur, phlegmata è capite allicientia, iis deglutitis nulla inest facultas famem & sitim per quadriduum (intellectum velim hominem sanum, non morbosum) remorandi, sine ulla offensione virium. Accedit & hoc Herculeum suffragium, quod ipse etiam suffitus Tabaci, eundem præstet effectum. Quis amabò fumo ulli attribuat nutriendi facultatem per se. Ergò alia occultior subsit causa, necesse est, vide licet, *divisa* quædam *vaginatus* orificio ventriculi impressa, quod alias ob sextum par nervorum à cerebro implantatum, admodum tensile, & sedes famis animalis, si ejus sentiendo & alimenti capendi facultas, à Tabaci qualitate narcoticâ, vel *idiosyncrasie* quadam, inhibetur, aliquantiū licitum abstinere à cibo ac potu dum *cœptum* Tabaci absoluta, sensus indigentiae, & cibum ac potum assumendi desiderium reddit. Memoria succurrit, quod aliquando in Herbario Andreæ Lobetii legi,

gi, de solano somnifero, quod Agri-
ta in Italiā plebeculæ sitibundæ fu-
cum facientes, & pecuniam emul-
gentes, modicum de illius radice,
cum conservâ rosarum, vel violarum
mixtum, exhibere soliti, ad sitim re-
stinguendam, stupefactis faucium

OBSERVAT. IV.

De Catarrho à pituitosis humoribus.

Illust. ac Generosus Dn. Carolus,
L. B. de Teuffenbach / in oppi-
do Murano, in arce vicinâ residens,
catarrho & angustiâ pectoris à pi-
tuitosis humoribus dependenti-
bus, obnoxius, me advocari curavit,
ordinatæ pil. cephalicæ,

P.. M. pil. aur. cochl. sine quibus

Pro cerebro corrobor.
P.. Sp. diambr. diamos. dul. diaplir.
cum. mos. a. *Dij.* conf. alker. *ZB.* ol.
stil. *Nuc.* mus. gut. vi. fac. dis. in aq.
lau. & ceral. *Z4.* f.R.

OBSERVAT. V.

De Catarrho à serosis humoribus.

Illust. ac Generosus Dn. Ehren-
reich de Rainach / in Styria su-
periore habitans, à destillationibus
& dolore cap. molestatus, meum ef-
flagitanti consilium præscripti pil.
cephal. ad humores serosos deflu-
xionum authores, avertendos.

P.. M. pil. fine quib. *Dij.* aur. *Dij.*
Extr. d. carth. *ZB.* cum aq. beton. 27.
Pro cerebro confort.
P.. Spec. diambr. diamos. dul. d.
xyloalo. a. *Dij.* ol. stil. succ. rect. gut.
4. macis gut. 3. fac. dis. in aq. Ros. &
salv. *Z4.* f.R.

OBSERVAT. VI.

Illust. ac Generosus Dn. Frobe-
nius Truccesi, L. B. in Zeil. ca-
tarrhosus me accersendum curavit
à pituitosis humoribus à capite de-
scendentibus.

P.. M. p. coch. *Dij.* sine quib. *Dij.*

Q

OBSER-

OBSERVAT. VII.

De destillationibus falsis.

Nobil. Dn. Wilhelmus de **Rauhenberg** / Commissarius superioris Styriæ complexionis sanguineæ, facie rubicundâ, sat corpulentus, cum chronicis falsis destillationibus cum tussiculâ, ex Epatis præ calidâ constitutione, pronatis infe-

staretur, ut metus, ne suâ acrimoniam, exesâ pulmonum substantiam, phthisis succederet, aliorum Medicorum operâ irritâ, decoctum R. Chinæ proposui, paruit, assumpsit & convaluit.

OBSERVAT. VIII.

De variis symptomatis à catarrho causatis.

Generosa Dn. Baronissa Conjux, de **Tenffenbach** / superioris extat, in meis consultationibus. Styriæ, destillatione, vertigine, diu

OBSERVAT. IX.

De destillatione tenui falsâ, tussiculâ & anhelitus difficultate.

Nobiliss. Dn. Jacobus de **Praßsperg**, 60. annorum, in Almangoj habitans in **Grienenberg** / ex tenui falsâ destillatione, tussiculâ & anhelitus difficultate decumbens, prius alterius Medici operâ usus, qui inter cætera, pro posu decoctum lig. sassafr. ordinarat, sed sine commendo, imd cum detimento, quin malum irritatum, eo abdicato, decoctum Chinæ præscriptum.

Pil. confignatæ. $\frac{1}{2}$. M. pil. de succino Crat. $\frac{3}{4}$ ij. Extr. pil. fine quib. $\frac{3}{4}$ j. cum aq. beton. 21.

Leniter & cum iugos evanescatur. Vesperi exh. $\frac{1}{2}$. conserv. ros. vet. $\frac{3}{4}$.

boli arm. præp. $\frac{3}{4}$ ii. M. ad moderandum fluxum & falso dinem infringendam. Sæpius accepit coch. j. de syr. myrtill. & corall. a. $\frac{3}{4}$ ij. M.

A cibo de seq. trag. cum crustâ panis al. rosti vino inebriati. $\frac{1}{2}$. Sem. cori. præp. $\frac{3}{4}$ v. corall. rub. præp. $\frac{3}{4}$ ij. marg. præp. $\frac{3}{4}$ j. conser. ros. vet. $\frac{3}{4}$ ii. faceh. fini. $\frac{3}{4}$ ii. $\frac{3}{4}$. manus Chr. perl. $\frac{3}{4}$ ii. M.

Pro suffitu vittæ. $\frac{1}{2}$. Lig. al. vernic. thur. mast. an. $\frac{3}{4}$ ii. succ. al. $\frac{3}{4}$ j. syr. calam. $\frac{3}{4}$ ii. benzo. $\frac{3}{4}$ ii. M. f. p. crassus.

Omnia ad nutum.

OBSER-

L I B . II . O B S E R V . X . XI . & XII .

O B S E R V A T . X .

De Coryz.**

CUM Illust. ac Generosus quidam
Baro de Welz / per aliquot se-
ptimanias coryzā detenus , sæpius
ufus pul. Tabaci per nares attractō,
sine levamine, tandem meo consilio
obsecutus, his pil. est liberatus.

Laudavit effectum , quod leniter
& sufficiēter, sine ullā offensa, suam
operationem peregerint, cum prius
ab aliis Medicis ordinatæ pil. sem-
per cum torminibus molestæ & vo-
mitu infestæ.

℞. M. Pil. sine quib. 3ij. aur. 3j.
cum aq. beton. f. 27.

O B S E R V A T . XI .

Symptomata varia ex destillatione.

P R O Nobilis. N. Consiliario Cæ-
fareo , in nostro districtu habi-
tante , dolore cap. & destillatione ,

motu tremulo , ejus consilij copia
extat in meis consultationibus.

O B S E R V A T . XII .

Catarrhus à serosis & falsis humoribus.

R Ever. Dn. Arnoldus , Primarius
in Moraviā Theologus ab adver-
sariis profugus , aliquandiu Ulmæ
degens , destillationibus à serosis &
falsis humoribus, obortis, obnoxius.

℞. M. pil. sine quib. 3ij. aur. cochl.
an. 3ß. Ex. cath. Theo. gr. 4. cum aq.
beton. 27.

Ad incrassandam materiam te-
nuem.

℞. Sem. pap. al. 3ß. cum aq. farf. &

ros. an. 3ij. f. Emuls. ad sp. diatr. frig.
34. f. R.

Pro cerebro corrobor.

℞. Sp. diambr. diamol. dul. a. 3ij.
succ. al. præp. 3j. ol. anis. g. 4. fac. in
aq. lau. dif. 34. f. R.

Trag. à pastu:

℞. Sem. cori. sacch. obduct. 3v.
sp. diatr. frig. 34. coral. rub. præp.
3ij. fac. ros. tabul. 34. f. Trag.

O B S E R V A T . XIII .

Catarrhus à crasso phlegmate concitatus.

C UM præfatus Teologus , alio frigidâ materia descendente , mo-
tempore catarho à crassiore & lestatus:

O 2

℞. M.

R. M. pil. coch. 3ij. aur. 3j. Ex. ol. still. Nuc. musc. diaxylal. an. 3*b.*
cath. Theo. 3*b.* cum aq. beton. 27. è succo ros. rub. cum ol. vitr. præp.
erat difficilis alui.

Pro reliquiis amovendis, ordinatum vinum laxat.

R. polyp. q. rec. 3*b.* cich. fænic. Enul. an. 3ij. herb. beton. abs. rom. hyss. salv. anth. cent. min. a. p. j. fol. fen. l. s. 3j. agar. rec. tro. Rhab. el. an. 3iij. turb. al. 3ii*b.* cristal. tart. 3*a.* cin- nam. 3j. gal. 3*b.* cum sind. al. f. fac. infund. in quart. 3. vini & 3*b.* j. aq. beton.

Pro cerebro confortando Trag. grossa.

R. Confœct. sem. cori. anis. fænic. carvi, cinnam. caryo. a. 3*b.* cub. 3iij. cort. citri. aurant. condit. a. iij*b.* Tab. diambr. diamos. dul. aromat. ros. ex

Exterius apl.

R. Fl. major. m. 3*b.* beton. salv. anth. lavend. ros. a. p. j. 3*b.* Nuc. mus. lig. al. a. 3ij. caryo. vernicis. styr. calam. an. 3j. tro. Gall. musc. gr. vj. cum sind. rub. & modico gofflipo interpass. f. Cuc. 3*c.* Ol. Nuc. mus. expref. 3*a.* bals. ma. 3ij. ol. suc. rect. gut. v. cary. gut. 3. ambr. grys. gr. ij. mos. gr. j. M. pro vertice inungendo.

Ad cordis corroborationem ex- petenti ordinatum.

R. Cons. ros. sylv. fl. tunicae. a. 3*b.* confœct. alker. 3. 4. ambr. grys. gr. 4. M.

OBSERVAT. XIV.

Tragema in affectibus catarrhosis à cerebri imbe- cillitate pronatis.

AD cerebrum corroborandum, tim incisæ. 3*b.* incisis incidentis grosso modo. M.

Descriptio Tabul. è suc. Ros.

R. Fl. ros. rub. 3*b.* infund. in aq. Ros. 3*b.* sp. vitr. rectif. gut. 12. per hor. vi. in expref. dif. sacch. fini 3*v.* f. conf. in Mors.

Descriptio corporis sine anima.

R. R. ireos Flôr. 3*b.* mos. el. gr. iij. sic. fin. 3*b.* 3*b.* confic. f. a.

Tragea illa ob coloris elegantiam & suaveolentiam grata & laudata.

R. Confœct. sem. cori. præp. 3j. sem. anis. fænic. carvi. cub. cinnam. corporis sine anima. a. 3*v.* confœct. mac. caryo. a. 3*j.* Tab. diambr. diamos. d. aromat. ros. ex ol. still. Nuc. mus manus Chr. perl. cum ol. cinnam. a. 3*b.* è succo Ros. cum sp. vitr. præp. 3*v.* è suc. citri cum ol. still. aurant. 3*v.* liquirit. mundata quadra-

OBSER-

OBSERVAT. XV.

DN. M. Petrus Huberus Ecclesiastes Ulm. in summo templo, destillationibus obnoxius & de cerebri imbecillitate questus, mirè hoc tragema laudabat à me ordinatum.

E. Conf. fém. cori. præp. ſj. anis. fænic. carvi. a. ſib. cary. cinnam. a. ſij. cubeb. ſib. Tab. diambr. diamos. d. aromat. Garyo. diaplr. cum mol. è Nuc. musc. an. ſvi. cort. citri condit. 3v. groſſo modo incifa M.

OBSERVAT. XVI.

De Cerebri imbecillitate.

Generosa Virgo de Weltz / ex præcedente morbo, cerebri imbecillitate diu laborans, duorum Medicorum consiliis irritis, hēc cum laude profuerunt.

R. Fl. major. salv. beton. anth. a. & lav. ſi. f. R. Ol. stil. macis cum m. ſ. lig. alo. ſib. caryo. styr. cal. an. jusc. ūj. Nuc. musc. ſj. vernic. ſj. cum ſind. rub. & mod. bombace inter- pass. f. Cuc. ſi. Sp. diambr. diamos. dul. a. ſj. ambr. gryl. gr. vi. ol. succ. rectif. gut. ſ. facch. dif. in aq. ceras. & lav. ſi. f. R. Ol. stil. macis cum jusc.

De Raucedine.

OBSERVAT. I.

Quidam Ecclesiastes Ulin. ne alteri ea committenda, illico conde Raucedine questus, signavi, & syr. d. liquir. Jujub. a. ſib. cum sequenti matutinā M. Mirè depraedicavit lambendo concio habenda, veritus, ſubitum effectum.

OBSERVAT. II.

PRo Dn. M. Petro Hubero Ecclesiaste in summo templo raucedine & tenui destillatione.

R. Syr. Jujub. d. liquir. a. ſx. M. ad lambendam. & Caric. ping. da&t.

Jujub. a. ſib. liquir. ſij. deco. in aq. ſcab. & plant. ad consumpt. ſ. part. col. ſi. dif. syr. Jujub. liquir. viol. an. ſij. M. pro Garg.

OBSERVAT. III.

In raucedine à causā calidā cum ſicuum. & Syr. Ju. ſi. è ſuc. pap. err. accitate ſeq. expertum valdè pro- ſi. diamo. ſib. M. ad lambendum.

Pro Garg.

R. Aq. prunell. ʒij. plant. ʒiſſ. scab. ʒj. syr. liquir. Ju. a. ʒvi. M. pro
syr. viol. Ju. a. ʒij. diamor. ʒij. M. Garg.

OBSERVAT.

De Uvula relaxatione.

Eoeminæ honestæ Uvula grandior molesta, ut æger- rimè quidpiam deglutiret, quidam Chirurgus per 3. septimanas suum Gargarismum fru- stra adhibuit, malo indies magis in- valescente, ego vocatus præscripsi.

R. Cort. Nucum exter. Əij. ba- lanſt. cort. granat. acaciæ a. Əj. alum- usti. Əß. f. p.

De quo per cañulam insufflatum, multum crassi ac viscosi phlegmatis processit.

OBSERVAT.

Ab Anginâ acerbâ liberatus.

Cujusdam opulentissimi Mercatoris Ulm. filius 26. annorum Naturæ melan- choliæ, non ultra annum in Coniugio vivens, à subitanæ defluxione, anginâ gravissimâ est cor- reptus, ut suffocationis discrimen impenderet, & Parentes inprimis nova nuptia anxia ac sollicita, ne lu- rida Mors divortium faceret; exin meum requisitum consilium, thala- mum ingressus ad agrum accedens & conspiciens tantam angustiam, hærebam in suspenso, quid agendum cum malum in præcipiti, diutinam moram non admitteret, re ultiro ci- troque pensitatâ, aspirante gratiâ divinâ, sequentia à me ordinata, cum

luculento levamine, pro dolore sub- mento sat acerbo mitigando.

R. Cassia rec. extr. ʒiſſ. ol. chamo- amygd. dulc. an. ʒj. M.

Crasso linteo obductum sub men- to applicitum. Ad intercipiendam defluxionem, & calidam intempe- riem corrigendam.

R. Alb. ovor. conquass. adde fa- rinæ tritic. q. Ə. ad pulvis consist. cum linteolo temporibus adglutinandum. Interius Ʌ. Aq. plantag. ॥. j. aq. prunellæ ॥. Ə. flor. Ros. rub. ʒ. ſumach. ʒiſſ. decoq. ad consumpt. tertiae partis. Colat. adde diamor. dianuc. an. ʒj. sp. vitr. gut. ij. M. f. Garg. ſepius in ore tepidè teneat & expuat. Post cochl. j. sumat ſen- ſum

Tim deglutiendo. R. Diamor. dia-
nuc. an. 3j. Mell. ros. 3ij. sp. vitr. gut.
iii. M.

Cum optato successu. Ista cura

tam proficuam, mihi erat laudi & pro-
motioni apud totam sat amplam fa-
miliam. Deo Q. M. sit Gloria.

De Scorbuto oris.

OBSERVAT. I.

Στρωμάτην cum dentibus vacillantibus.

Generosa Baronissa de Freyberg / ultra 8. menses gravissimis symptomatis, infestata duorum Medicorum opera adhibita, ~~per os~~ ~~& nātrū~~ per os afflumptis, & per alvum injectis clysmatis saepius, evacuata & V. sectio administrata exiguo cum levamine, Judicata laborare malo scorbutico, à corruptelâ vitiosorum humorum in mesenterio stabulantum. Cum autem ~~στρωμάτην~~ in primis esset molesta, gingivis sanguinibus & dentibus vacillantibus, veitita, ne omnes exciderent, obsecrando, ut cogitarem de accommodato medio. Non levis tūm in animo meo exorta est admiratio, cum tamdiu à duobus Medicis tractata, nihil præsidii, si non penitus tollendo, saltem demilcendo malo ordinatum. Mihi percontanti, num pro molestia illa abigendā, omnino nihil usurpasset, respondit, ab altero Medicorum aq. prunel. & plant. præscriptam sed absque fru-

ctu. Ego circumstantias varias æquo ponderans judicio, depræhendo sanguinem ex gingivis stillare, ob ejus serositatem ac tenuitatem, & carnis laxitatem, exin etiā vacillare dentes, defixos in molli substantiâ, opus igitur esse majori vi excantibus & adstringentibus, superfluam humiditatem absorbentibus & corroborantibus laxas partes.

Felici auspicio seq. ordinata.

R. R. v. fol. 3B. fol. salv. myrti, pilosel. nasturt. aq. an. m. B. fl. ros. rub. p. 3. balaust. cort. gran. a. 3B. dec. in vini rub. & aq. plant. a. 1B. 1B.

Mane in ore cal. contin. post inung. ging.

R. Diamor. 3j. spir. vitr. q. B. ad acorem.

Istius usū absoluto, me accersiri curavit & commemoravit, se decoctum illud cum optato successu usurpasse, insuper rogitans, cum decocta non diu durent, quin corrumpantur, ut cogitarem de conveniente aquā, urgente necessitate; adhibendā,

bendā, talis consignata.

R. Aq. prunell. salv. plant. a. 3ij. aq.
Nicoti. 3iſ. sp. vitr. rect. 3j. M. ab

ejuſ uſu gingivæ illitæ. 2. Mell. cyl.
3iſ. sp. vitr. q. b. ad justum acorem,
Feliciter eſt reſtituta.

OBSERVAT. II.

Cum Dn. Wolfgangus Müllerus, currendum, tandem bono Genio in-
Ciyis Ulm, primarius, 70. ann.
Naturæ melancholicæ, carcinoma-
te gingivarum detentus, ut caro pu-
tredine corrupta & dentes una ex-
ciderint, sanguine copioso ē gingivis
promanante, ultra 2. lb. ut de vitâ
periclitari judicaretur. Ego vocatus
primo aditu ac confpectu territus,
anxius ac dubius quibus mediis suc-

spirante.
R. v. fol. 3vi. fol. ligustri, pi-
loſell. a.m.j. balaust. cort. granat. ros.
rub. a.m. b. ſem. sumach. 3b. dec. in
vini rub. & aq. plant. a. fl. j. ad con-
ſumpt. 3. partis.

Calidē in ore ſæpius contin. fa-
guinis effluvium repressum, nec am-
plius reverſum. Erat präſentaneum
auxilium,

OBSERVAT. III.

Cui quidam Medicus Ulm. Scor-
buto oris & dolore ac tumore
hæmorroidum, laborasset, meum
expetiit consilium.

R. cich. Enul. a. 3ij. pol. q. 3ij.
herb. abſ. card. b. cent. min. naſturt.
melif. anth. a.p.j. fol. ſen. f.f. 3x. ag.
rec. tro. Rhab. a. 3ij. Jalap. 3iſ. crem.
tart. 3iſ. paſſ. mund. 3j. cinnam. 3j.
gal. 3ij. vini quart. 3. aq. cich. fl. j.
quart. b.

Ante prandium.

R. biftort. 3ij. balaust. cort.
gran. a. 3ij. hyſſ. salv. naſturt. myrti.
a.m. j. fl. ros. rub. fol. ligustri. a.m. b.
dec. in aq. prunell. plant. & vino rub.
auſtero pro ablutione.

Post inung.

R. Diamor. 3j. dianuc. 3b. sp. vitr.
3b. M.

Brevi reſtitutus.

OBSERVAT. IV.

Filiola 4. ann. cuiusdam Mercato-
ris Ulm. habens gingivas cruen-
tas cum oris graveolentiâ, exputre-
dine carnosæ ſubſtantiaæ, cum chi-
rurgi opera per mensem adhibita
frustranca, tandem meam opem im-

plorarunt, prius corpusculo leniter
evacuato.

R. Enul. fænic. Garyo. an. 3j.
herb. betoni. melif. salv. hyſſ. anth.
p. j. fol. ſen. f.f. 3b. ag. rec. tro. 3ij.
cinnam. gal. a. 3b. f. Nod. infund. in
Mens.

L I B . II . O B S E R V A T . I . & II .

Mens dimidia hydromel. **Z.** salv. givæ elotæ & frictæ. Post illin. **Z.**
m.j. chærefol. m. iß. fl. ros. rub. fol. diamor. **Z.** dianuc.mel.ros.a. **Z.** ij. ol.
ligustri a. m. **B.** dec. in aq. plant. pru- vitr. gut. **i2.** M.
nell. a. **ib.** **B.** vini rub. **ib.** j. dec. Gin- Brevi integrati restituta.

113

De dolore dentium.

O B S E R V A T . I .

Expertus sum sepius in me- vi dolore dentium infestari cœpit, ut
ipso, si dens cavus, & com- incænatus abire constituerit, jussi
pluribus aliis, camphoram, aliquantulam sustinere patientiam
si ejus modicum inseratur, & paulispermorari, interea modi-
si non cavus, camph. **Z.** in aceto **ib.**
decoq. cal. in os sumendo.

Cum ego olim cum aliis à Viro
primario lat. lautâ cœnâ exceptus, &
tabulæ assedissimus, quidam lat. gra-

vi dolore dentium infestari cœpit, ut
incænatus abire constituerit, jussi
aliquantulam sustinere patientiam
& paulispermorari, interea modi-
cum camphoram adferri curavi cavi-
tati dentium, inferendum, cum subi-
taneo levamine, ut animo hilari per-
severare & compotare licet, us-
que ad metam.

O B S E R V A T . II .

Quædam virgo plebeia tam sœyo poribus loco affecto respondentibus, linleo obductam, applicari jussi.
dentium dolore exagitata, ut ejulationibus totam domum compleret, & pœnè ad desperationem deveniret, aliis mediis in cassum adhibitis, cum observasse, cruciatum illum concitatum à sanguine fervido per arterias temporales descendente, sequentem pulticulam tem- **R.** Alb. 2. ovor. conquass. cum aq. ros. & modico ac. ros. addita fa-
rina triticea, q. **B.** ad pulvis consist.
Ilicò dolor sopitus. Exin etiam relucet, quod non raro levia media primâ fronte visa plus efficiant, dextre causâ præcognitâ, adhibita.

O B S E R V A T . III .

OL. vitrioli proficuum depræhen- diff. in aq. & ore contin. tep. In cau-
di, & tro. d. nitro præp. modi- sâ calidâ.
cum cavitati dentium, si non cavi,

O B S E R V A T . IV .

CUm Ill. ac Generosus Dn. Baro re' dentium & maxillæ sinistræ tu-
de Erbach in Rißleß / dol- more molestatus, à calidâ defluxio-
Pne. Pri-

ne. Primo obtuli pil. ℞. M. pil. inuncta. ℥. Camph. ʒj. dif. in ol.
aur. coch. sine quib. a. ʒj. Ex. cath. amygd. pro lin.
Theo. gr. vi. cum aq. beton. 27. V.S. Cum optato successu.
medianæ sinistræ. Exterius maxilla

OBSERVAT. V.

Cum uxor cuiusdam Praeceptoris Classici Ulm. complexionis sanguineæ, facie rubicundâ, ingenti dolore dentium exagitata, Consilio eiusdem Medici Ulm. sedens in folio aquarum calidarum, venam saphenæ, in pede dextro sibi incidi curavit, sanguinem ad animi usque de-

OBSERVAT. VI.

De dolore dentium acerbo & contumaci, tandem evicto.

ET si dolori dentium mederi admodum sit triviale, ut pœnè nemo comperiatur, quin sibi imaginetur, se illius mitigandi habere experimentum, id constat ex lepidâ illâ Historiâ Gomellæ, Nicolai Ducis Ferrariensis, celebratissimi Joculatoris, qui cum incidisset ferme, cuius artis plures essent in Urbe Ferratiensi Professores, illic respondit, Medicorum: id cum per absurdum videretur, ille ad rem demonstrandam, quodam die festo, ad limen Templi primarii, collo & ore linteolo velatis ne agnosceretur, se sistens, ejulando & lamentando ad commiserationem flectebat omnes ingredientes, causam prætendebat

liquum, effluere permittens, cum subitaneo levamento. Consimilem *éducati* curandi modum, non legi unquam, nec vidi, nec antea audi vi. Etsi audacia illa fæciter cesserit, utrum ea aliquando imitanda, lectio ponderandum, relinquo.

ingentem dentium cruciatum, exim cum pœnè singuli, quandam velut panaceam, ad demulcendam *éducati* communicarent, eorum & nomina & remedia annotabat, & ultra trecentas personas medicinam contra dolorem illum suggestentes, consignarat. Ea peractâ fabulâ, ad regiam Ducis contendit & praudentî se objicit, facie operâ, immensum dolorem simulans, Princeps dolum non animadvertis, cognitâ doloris causâ, hoc inquit è vestigio applica remedium ad illum placandum præsentaneum, illic liberaberis à cruciato, & Nicolaum laudabis. Exin catalogum confecit, in quo & medicamenta & Medicastrorum nomina

mina consignata, in ipso autem frontispicio, Nicolai velut coryphæi nomen erat obvium: die postero abjecto velamine, genuino suo vultu ac cultu se ostendit Principi, tabulam legendam tradidit & multam constitutam exegit. Tum Marchio supremum inter Medicos locum, se obtinere conspicatus, & alios Magnates subsequentes, lectitans, à cachinno sibi temperare non potuit, proin illo in certamine se viatum fassus, illi Palmam obtulit & Pecuniam solvendam imperavit. Et ita ludio ille opere ipso, suam sententiam veritati consonam, comprobavit. Etsi dolorem dentium curare, vulgo pro re viliore habeatur, attamen saepius tam refractarius existit, ut etiam majorum Gentium Medicis, multum faceat negocii. Cum magna sit causarum diversitas, vel à calida, vel frigidâ, cù affluxu humoris serosi, vel sanguinis copiosi & calidioris, proveniat, exin & remedia varianda. Imò saepius contingit, ut quod uni hodie profuit, alia vice officiat. Memorabilis extat historia apud D. Augustinum Epist. 5. de Vindiciano Medico celebri, ab eo petenti consilium pro dolore dentium, remedium, quod tūm congruere videbatur, erat oblatum, quo

dolor sopitus. Cum autem longo post temporis intervallo, dolor reversus & idem remedium ille adhibueret, sed cruciatu intensiore facto, exin admirabundus Medicum denuo accessit, percontando, cur idem, in eodem affectu medium olim proprieum, jam autem non contulisset, tūm ille respondit, quia ego non jussi, innuere volens, quod tunc alia subfit causa, quæ requirat alia praesidia.

Cum quædam virgo plebeia complexionis sanguineæ, facie rubicandæ, dolore dentium intenso, per sex hebdomadas perseverante, exagita ta. Primo aliorum consilio uia oleo, caryo, eo frustraneo, adhibitum oleum camph. exin dolor multum exacerbatus: tandem aliis irritis, applicitis cucurbitulis, scapulis, cervici & supra utrumque cubitum, prævia sacrificatione, à tam rebelli cruciatu, immunis redditia. Exin innotuit, doloré illum à sanguinis fervidioris & copiosioris affluxu, causatum. Pro illustri inserviat exemplo, quantum conferat, si causa cognita, quin leví medio morbus cedat. Minus mirandum, si idem eveniat, in affectibus abstrusioribus, ut Medici non raro impingant, in curandi processu,

De affectibus oculorum.

OBSERVAT. I.

De ophthalmia cum rubidine & ardore.

VXor Dn. Episcopi Mercat.
Ulm. per aliquot septima-
nas ophthalmia gravissima
laborans, alii in cassum ad-
motis, cum rubore, & palpebrarum
adglutinatione.

R. M. p. sine quib. ʒ. aur. coch.
a. ʒj. cum aq. bet. 27.

Proposui vesicatorium, recusa-
vit obsequium.

R. Thuti præp. farco. an. ʒj. vitr.
rom. sumach. a. ʒ. ligata in nodulo
infund. in aq. Ros. plant. fænic. a. ʒj.
calef. & expr. ad lap. calam. præp. ʒj.
f. coll. cum penna instill.

Cum subitaneo adjumento, ut
nullis aliis opus præsidiis.

OBSERVAT. II.

FOMINA plebeia dextri oculi rube-
dine longè lateque scrpente cum
insigni calore & ardore, detenta,
aliorum consiliis vanis.

R. Aq. Ros. plant. a. ʒ. solani. ʒj.
vitr. al. ʒj. dif. & col. ad. Thuti. præp.

ʒj. M. cum linteolo imbuto & ex-
presso apl.

Intra paucos dies cum admiratio-
ne, qui malum illud prius conspex-
erunt, libera evasit.

OBSERVAT. III.

Quidam Juvenis plebeius lippitu-
dine oculorum cum insigni tu-
more, ut eos aperire non posset, ul-
tra femestre molestatus, multorum
præsidiis frustra adhibitis.

R. Aq. plant. ros. fragorum. a. ʒj.
solani ʒ. vitr. al. ʒ. camph. gr. 2.
dif. & col. ad. Thuti. præp. ʒ. M.
pro coll.

Brevi restitutus.

OBSERVAT. IV.

JUVENIS 24. ann. arti Pœoniæ addi-
ctus, Naturæ melancholicæ, oph-
thalmia satis gravi infestatus ex deflu-
xione seroforum humorum.

R. M. p. aur. cochl. f. quib. a. ʒj.
cum aq. beton. f. p. 27.

Post usus pul. sternut. per nares
attracto. R. Pul. sternut. ʒj. sp. di-
amb. ʒj. ma. or. ʒ. f. p.

Tandem ordinata aq. ros. cum
vitr. al. & Thutia præp. exterius apl.

Cum optato successu.

OBSER-

OBSERVAT. V.

Quidam puer lue Gallicâ infectus conferrént, tandem fontanella in sini-
nsimul oculi sinistri rubidine stro brachio impressâ, & vesicatorio
defædatus, cum alia remedia nihil in nucha admoro, immunis evasit.

De Guttâ serenâ.

O B S E R V A T .

Ulm Gutta serena sit af-
fectus oculorum ex ob-
structione nervorum o-
pticorum, à crassis hu-
moribus proveniens &
cæcitatem inferens. Quidam Gene-
rosus in nostro districtu, eo malo oc-
cupatus, ex consilio Medicorum,
300. viperas in Italâ captas (quælibet constabat floreno) in Germani-
am, ad se transferri curavit, quodam
suffitu prius exiccatas, ad præservandum
à corruptione, earum carne
Gallinarum pulli saginati, dum de-
plumati, id indicio, viperarum virtu-

tem penetrasse, ac per totum diffu-
sam, tûm singulis diebus unus pullus
sic enutritus, comedendus illi obla-
tus, per 60. dies continuando.

Insta enim Viperis, à Naturâ vis
diaphoretica, resolvens ac discuti-
ens, superfluos humores, exin in ca-
ligine oculorum commendatur, si
materia tenuis ac vaporosa. Sed in
ægro illo nihil opis contulere, haud-
dubiè ob crassitatem ac duritatem hu-
morum visui officientium & reso-
lutioni resistentium: & ita magna
illa impensa & spes concepta vana
& irrita.

De Morbis auditûs.

O B S E R V A T . I.

*Auditûs difficultas à febre continua materia translatâ
in nervum auditorium.*

Quidam Ecclesiastes Ulm.
in Summo templo, ex fe-
bre continua auditus dif-
ficultate laborans, materia
per ~~membran~~ delata in nervum audi-

torium, auditum deperditum, brevi
recuperavit, de Bal. cephal. Anhal-
tino à me ordinato, aliquot gutt.
cum bombace auribus immissis, &
celebravit effectum.

OBSERVAT. II.

Quidam Juvenculus 14. annorum ex nobili familia, cerebro humido præditus, aliquandiu gravi auditu laborans, meum expertens consilium, intra paucos dies, integratati ita restitutus fuit. Primo ordinata pilule cephalicæ, ad phlegma à cerebro revellendum,

Extr. pil. aur. sine quib. Panchymag. Crollii. an. Æ. cuniaq. beton. f. p. 21.
Optimè contulerunt. Postantè lecti introitum gut. ij. iij. spir. cephal. Anhalt. cum gossipio immittenda. Cum optato succellu,

OBSERVAT. III.

A sat gravi Tinnitu aurium immunis redditus.

Quidam Vir Nobilis 50. annorum, Naturę melancholicæ, per aliquot septimanæ, per quam molesto aurium tinnitus exagitatus, felici auspicio, paucorum dierum spacio, liberatus, aliquot guttis de spir. ceph. Anhalt. cum bombace in-



OBSE-